

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek


Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Capitulum nonagesimum cum fuerit mars in libra.



**¶** Si fuerit mars in libra fige ventos venturos et infirmitates atque mortalitates in ciuitatibus seu regionibus que sunt in diuisione libre: et erit hoc potius in uiris quam in mulieribus. **¶** Et dixit albumasar si fuerit mars ibi significat pluuias et ventos nubes quoque et nebulas: significat etiam quod erit in partibus meridionalibus infirmitas atque mortalitas: et erit modicum uinum atque butirum et unguentum: et multiplicabuntur latrones et abscessores viarum: et erunt rixae atque mala inter homines: et erunt in eis timores atque tremores seu terrores. **¶** Et si fuerit la-

titudo eius septentrionalis significat fulgura et conuulsiones que ueniunt et apparebunt in anno illo seu in reuolutione illa. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat egritudines in hominibus ex parte sinistra. Et si fuerit orientalis significat guerras et contentiones futuras inter diuites et magnates. Et si fuerit occidentalis significat saluationem diuitum ac magnatum et scribarum literarum atque sapientium. Et si fuerit retrogradus significat egritudines uenturas diuitibus et magnatibus et scribis et iudicibus atque sapientibus. Et si fuerit directus significat uoluntates diuitum ac magnatum seu nobilium differentes inter se.

Capitulum nonagesimum primum cum mars fuerit in aquario.



**¶** Si fuerit mars in aquario significat quietates atque tribulationes uenturas hominibus in reuolutione illa: et abundabunt nives et pluuie atque frigus in temporibus suis: et minuetur aënona et uinum atque butirum in partibus occidentis et in terra que dicitur negociatorum: et significat mortem siue mutationem regis seu dominatoris illius regionis in qua tu reuolueris annum. **¶** Et dixit albumasar si aspexerit tunc uenit ascendens et ipsa septentrionalis significat uerum bonum: sed uinum erit modicum. **¶** Et si fuerit latitudo eius septentrionalis significat multitudinem